Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Non reliquit hominem no
cere eis et corripuit pro eis reges
Nolite tangere xpos meos et
in prophetis meis nolite malignari
Et vocauit famem super terram
et omne firmamentum panis contriuit
Misit ante eos virum in seruum
venditus est ioseph Humiliauerunt
in compedibus pedes eius ferrum pertransiuit animam eius donec ve
niret verbum eius Eloquium
domini inflamauit eum misit rex
et solvit eum principes populorum et di
misit eum Constituit eum dominum domus suae et principem omnis
possessionis suae Vt erudiret prin
cipes eorum sicut semetipsum et senes
eius prudentiam doceret Et intra
uit israel in egyptum et iacob accola
fuit in terra cham Et auxit populum
suum uehementer et firmauit eum
super inimicos eius Commutauit cor
eorum ut odirent populum eius et dolum
facerent in seruos eius Misit mo
ysen seruum suum aaron quem e
legit ipsum Posuit in eis verba
signorum suorum et prodigia eorum
in terra cham Misit tenebras et ob
scurauit et non exacerbauit sermo
nes suos Commutauit aquam eorum in
sanguinem et occidit pisces eorum
Et dedit terra eorum ranas in penetra
libus regum ipsorum Dixit
et venit cynomia et cynifes in omni
bus finibus eorum Posuit pluuias eorum grandinem ignem con
burentem in terra eorum Et
posuit vineas eorum et ficulneas
eorum et contriuit lignum finium eorum

Dixit et venit locusta et bruchus cui
non erat numerus Et comedit
omne fenum in terra eorum et comedit
omne fructum eorum Et percussit
omne primogenitum in terra eorum
primitias omnis laboris eorum
Et eduxit eos cum argento et au
ro et non erat infirmus in tribubus eorum infir
mus Laetata est egyptus in profec
tione eorum quia incubuit timor eo
rum super eos Expandit nubem in
protectionem eorum et ignem ut luce
ret eis per noctem Petierunt et ue
nit coturnix et pane celi saturauit
eos Dirupit petram et fluxerunt
aquae abierunt in sicco flumina Quo
niam memor fuit ubi sancti sui qui
sunt ad abraham puerum suum Et
eduxit populum suum in exultatione et
electos suos in letitia Et dedit il
lis regiones gentium et labores populorum
possederunt Vt custodiant iustifi
cationes ~~eorum~~ eius et legem ipsius
requirant. alla

alla

Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum
misericordia eius Quis lo
quetur potentias domini auditas
facet omnes laudes eius Beati
qui custodiunt iudicium et faciunt
iustitiam in omni tempore Memen
to nostri domine in beneplacito populi
tui visita nos in salutari tuo Ad
videndum in bonitate electorum tuo
rum ad letandum in letitia gentis
tue ut laudemus cum hereditate tua
Peccauimus cum patribus nris
iniuste egimus iniquitatem fecimus
Patres nostri in egypto non intel